

USUS E VERSU IV.

(1) *Aquarum magna necessitas commodumque; sed & ingens incommodum, si irruant nimia, tempore loco-ve incompetentem, &c.*

(2) *Aquis obruentibus vis hostium similis.*

USUS E VERSU V.

(1) *Multa animas nostras obruere queunt vel pessundare, v.g. vita communia, qua ignoros veluti abripiunt, item mala epidemia, &c.*

(2) *Fastus & insolentia infatuare solent fidelium adversarios.*

USUS E VERSU VI.

(1) *DEo semper exsolvenda laus & benedictio: præc. I. & II.*

(2) *Etsi aliquid pro suâ sapientiâ concedat DEus hominibus, non tamen concedit omnia: Job. I, 12. II, 6. Joh. XIX, II. Matth. VIII, 32.*

PSALMI CXXV. DISPOSITIO.

Justos Deus circumdat. Mons aeternus.

Est h̄ic I. Fiduciæ in Deum commenda-
tio: ubi (1) personæ; confidentes in Do-
minum, (2) earum privilegium: (a)
instar montis Zion erunt immoti: v. I. (b) instar Hierosolymæ, montibus cinctæ, cingentur à
Dominô undique, indeſmenter; v. 2. (c) pote-

Bſtas impiorum non dominabitur justis: (d) non
permittentur, manus suas ad iniqitatem exten-
dere: v. 3.

II. Precatio: (1) ô Domine benefac bonis:
v. 4. (2) tortuosos aufer cum iniquis: (3) pacem
concede Israëli: v. 5.

PSALMUS CXXV.

EXPLICATIO VERSUS I.

הַבּוֹתָחִים Confidentes in Domino: i.e. qui
propriæ fragilitatis memores omne suum robur
ac præsidium collocant in unâ divinâ benignita-
te, potentia, sapientia, præsentia, &c. adeoque
sua interim pro viribus faciendo, nec non adver-
sa animose ferendo, securi sunt de prospero per
Dei gratiam eventu, utpote cui soli totos se fidu-
cialiter committunt. Opponuntur his
הַבּוֹתָחִים confidentes super viribus suis, qui de mul-
tis gloriantur divitiis Psal. XLIX, 7. Proverb. XI, 28.
super corde suo (vel astutia sua) innixi, cap.
XXVIII, 26. Confer Proverb. XVI, 20. beatus
בּוֹתָח בְּיִהוָה cap. XXVIII, 25. impinguabitur
בּוֹתָח בְּיִהוָה cap. XXIX, 25. exaltabitur.

כְּבָרֶה sicut mons Zion: scilicet comparati sunt
puta ratione immotæ invictæque adversus quos-
libet insultus perdurationis, ut mox hoc decla-
ratur. Adeoque ubi illi, qui suæ vel opulentia,
vel versutia, vel alteri confidunt prælidio car-
nali, turpiter in suis concidunt infortuniis, ac
instar graminis flaccescunt, instar paleæ disfa-
pantur, instar arboris radicitus exciduntur, ibi
pii è diverso in Dominô perstant immoti; uti videre
imprimis est in martyribus aliisque pii, in
morte etiam ipsa ad stuporem animosis. Quan-
quam vero etiam alia dari possent comparationis
piorum ac Zionis membra, v.g. quod mons Zion
peculiariter Deo dilectus Psal. LXXVIII, 68.
LXXXVII, 2. in sedem regiam electus, sanctus,
excelsus, terræ totius gaudium ac ornatus, &c. hic
tamen peculiariter respectum haberi ad immo-
bilitatem docent sequentia. Zionis vero meminit
David, quia illic secundum R. Aramam inspirante
Dei spiritu, carmen hoc conscriptum fuit, adeo-
que Davidi præ oculis & sub pedibus veluti fuit.

A (3) Rapina vitium contra præc. V. & VII.
(4) Dentes bellum exprimit servitum: Psalm.
LXXX, 14. Habac. I, 7. Cant. II, 15. Matth. X, 16. I.
Sam. XXVI, 20.

USUS E VERSU VII.

(1) *Variæ volucribus struuntur insidie, laqueis, visco, decipulis, &c. quis enumeraret cuncta fidelium pericula, à Satana mundoque imminentia? Psalm. XCI, 3. Sap. XIV, II. Hof. V, 1.*

(2) *Eripimus non arte astutiæ propriâ, sed singu-
lari Dei gratiâ ac labore, ita ut evanescat omnis fraus,
libertasque servetur illæsa.*

USUS E VERSU VIII.

*Eadem fluunt, quæ è Psalm. CXXI, 2. Qui toties eri-
puit, idem quoque faciet imposterum. Phil. I, 6. 2. Ti-
mooth. IV, 17. 18. confer Psalm. XX, 8. Thren. III, 22.
2. Reg. VI, 16.*

Bſtas impiorum non dominabitur justis: (d) non
permittentur, manus suas ad iniqitatem exten-
dere: v. 3.

II. Precatio: (1) ô Domine benefac bonis:
v. 4. (2) tortuosos aufer cum iniquis: (3) pacem
concede Israëli: v. 5.

Expressæ autem hæc ipsa ad dies Messiaæ referuntur.
Aben Ezra. Si de monte Aventinô talia extarentur,
promissa, qualia de monte Zion, ecclesiam scilicet
illinc non avellendam, quid non gloriaren-
tur Papicolæ? *Coppen.*

לֹא יִמְוַת (qui) non movebitur:] h. e. quem
nec procellæ, nec hominum impetus, loco suô
poterunt depellere, verum qui immobili gaudet
fundamento, qui deridet omnes hujusmodi ad-
versantium frivulos conatus. Confer Prov. X, 30.
justus in seculum cap. XII, 13. radix justorum
item Psalm. X, 7. dicit (impius) in
corde suô: **כָּל יִמְוֹת** Psalm. XIII, 5. ne gaudeant
hostes mei, quando moverer. Psalm. XVI, 8.
Dominus à dextris meis, sic Psalm. XXX,
7. LXII, 3. 7. XXI, 8. CXII, 6. Ante verbum hoc sup-
pleri debet relativum **אֲשֶׁר**, pro more in Psalmis
recepto. Nisi forte cum nonnullis dixeris, per-
tinere hoc ad unumquemque piorum, Deo confiden-
tium, ita ut distributive de his enuncietur: **sunt**
ut mons Zion, (quilibet eorundem) in seculum non
movebitur &c. Ita Lutherus: die werden nicht fallen:
prius: umfallen.

לֹא יִלְאַל in seculum:] i. e. ad finem usque
mundi. De voce **לֹא** vide Fessel. tom. I. adver-
sat. item Prov. VII, 23.

יִשְׁכַּנְתָּ manebit:] **יִשְׁכַּנְתָּ** alias sedet, h. l. idem ac
mansu. vide Dorsch. d. 14. pentad. tb. 12. Majoris
autem emphaseos causâ idem hic inculcatur,
tum negative: non movebitur, tum assertive, in se-
culum manebit, ut hac ratione fidelium quoque
prosperitas plane immota atque constans depin-
gatur. Male autem confunduntur hæc in LXX.
& Vulgato: non commovebitur in eternum, qui habi-
tat in Jerusalem. Fontes namque aliam hic plane
nobis exhibent distinctionem. Male ex textu
hoc